



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

376. Ut nullus Episcopus vel infrà positus die dominico causam judicare
præsumat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

172 R E G I N O N I S L I B. I.
menta jurentur. [*Vide lib. 4. Capitular. c. 28. & Capitulare Riculfi Sueffion. cap. 18.*]

Ex Capitularium lib. 1. cap. cxxix.

Lib. 1. Capitular. c. 145.
Burchard. lib. 2. c. 86.

CCCLXXV. Mercatus die dominico in nullo loco habeatur. [*Vide lib. 2. Leg. Longobardor. tit. 49. cap. 1.*]

Ut nullus Episcopus vel infrà positus die dominico causam judicare præsumat.

Ex Concilio Tarraconensi.

Concil. Tarracon. c. 4.
Burchard. lib. 2. c. 87.

CCCLXXVI. Ut nullus Episcoporum vel Presbyterorum vel Clericorum die dominico propositum cujuscunque causæ negotium audeat vindicare, nisi hoc tantum, ut Deo statuta sollemnia peragantur.

De festivitibus anni. *Ex Capitularium lib. II. cap. xxiii.*

Lib. 2. Capitular. c. 35.

CCCLXXVII. Festos dies in anno celebrare sancimus, id est, diem dominicum Paschæ cum omni hebdomada, diem Ascensionis Domini, Pentecosten similiter ut in Pascha, Apostolorum Petri & Pauli diem unum, nativitatem sancti Johannis Baptistæ, Assumptionem sanctæ Mariæ, sancti Michaelis, sancti Remigij, sancti Martini, sancti Andree, in Natali Domini dies quatuor, Octavam Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem sanctæ Mariæ; & illas festivitates Martyrum vel Confessorum observare decrevimus quorum in unaquaque parochia corpora requiescunt. [*Vide lib. 1. Capitular. c. 164. & lib. 6. c. 186.*]